

SCRIPTA

Numéro Scripta : 252

Auteur(s) : Raoul de Bazincourt [particulier]

Bénéficiaire(s) : Pontoise, Saint-Martin (abbaye, abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1069-1124]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul de Bazincourt et sa famille concèdent à l'abbaye de Saint-Martin de Pontoise tous les biens qu'ils possèdent à Menouville. Cette concession avait été plus tard contestée par le beau-fils de Raoul, Baudouin.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Depoin Joseph, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Martin de Pontoise publié d'après les documents inédits*, Pontoise, Publications de la Société historique du Vexin, 1895-1909, n° XXI, p. 18-19.

Dissertation critique

Datation d'après les abbatiats de Gautier (1069-1092) et de Thibaud Ier(1092-1124). J. Depoin proposait la date de 1099-1104 pour le règlement la calumpnia de Baudouin.

Texte établi d'après a

Domnus RADULPHUS DE BASINCOURT et HELVIDIS uxor ejus filiique ejusdem dominæ, scilicet BALDUINUS, atque HERMERUS cognomento PAGANUS, primo sabbatho quadragesimæ, eodem anno quo concesserant terrulam juxta Manusdivillam, iterum concesserunt D° GAUTERIO Abbati et monachis omnibus servientibus Bto Germano Pontisiensi tam præsentibus quam futuris pratum quod dicebatur Herberti et terram juxta pratum positam, circa septem arpennos, sed non fuerunt mensurati, nec non campum juxta illa Bto Germano dederunt. In his omnibus modo datis nihil sibi retinuerunt, sed ut ipsi libera habebant vel antecessores habuerant, monachis concesserunt, præter decimam et sex nummos census qui ita debent solvi. Legatus Domini Manusdivillæ die festivitatis Si Remigii ad capellam veniet et nummos ab illo qui illic rem Bi Germani custodiet quæret, etc... Ac deinde prædicto abbati GAUTERIO per dextras suas fidem suam quam à Christo habebant, promiserunt, et in fide suâ christianâ eundem abbatem osculati sunt. Deinde ipse abbas excommunicavit ut anathema sit permaneat, si quis violare præsumperit hoc pactum. Huic rei adhibiti sunt testes isti : ROBERTUS filius HEBONIS, GUIDO præpositus de Pontesio, INGERRANNUS DE CLERIACO et HENRICUS suus major de MATHUMENT, HUGO filius GAUTERII DE GENTIACO, RADULPHUS DE BLACANCURT, GOSCELINUS DE BERLANICURT... PAGANUS DE BEHERCURT, HUGO DE MONTIACO etc...

Post hæc annis transactis pluribus, de rebus supradictis quas RADULPHUS DE BASINCOURT cum uxore sua HELVIDE ac privignis videlicet BALDUINO, HERMERO cognomento PAGANO atque ODONE, ex quorum parte hereditas illa erat, ecclesiæ Sti Germani concesserat, BALDUINUS privignus ejus volens injuriam facere monachis ejusdem loci, calumpniavit omnia quæ de sua matre suoque vitrico videbantur esse in Mainuldi villa. Tandem recognoscens quod monachos supradictos injuste conturbaverat, ad monasterium eorumdem, illis volens

satisfacere, venit. Tunc convocatis fratribus qui ibi aderant, ante altare sanctorum confessorum Martini et Germani BALDUINUS ipse procedens ad pedes Di THEOBALDI abbatis cum multis lachrymis ab eo absolvi petiit.

Inde sumens librum quem abbas tenebat in manibus, quia injuste res eorum calumpniaverat, satisfactionem faciens Deo et sanctis Confessoribus abbati cæterisque fratribus super altare sanctorum posuit. Testes... ODO major, GERARDUS POTINUS, VITALIS DE BRIENZON, HUBERTUS BUCELLUS, BALDUINUS DE CORBEJA... GAUTERIUS DE CERGIACO, etc...

Deinde Dnus THEOBALDUS abbas et HENRICUS præpositus pergentes ad Pontesium, causâ cujusdam placiti, ibidem invenerunt ODONEM fratrem BALDUINI, qui concessit omnia, in porticu sancti Melloni, quæ ad monasterium Sum Martini et Germani frater suus BALDUINUS concesserat monachis. Inde testes : YVO DE CONFLENTIO, ALMARICUS DE LEX, GAUTERIUS DE ANNETO, WILLELMUS DE HERULVILLA, WILLELMUS filius WILLELMI MIGOL, RADULPHUS DE SAGI, THEOLDUS DE OENI, GAUTERIUS DE FORO.

Si quis aliquando concessionem hanc violare voluerit, ab abbate et monachis anathema extiterit.